

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Venerabili uiro, eximia eruditione & pietate praedito, domino Georgio
Buchholtzer, praeposito ecclesiae Berlinensis, amico suo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

disse pro nostra amicitia, cum quidem scires huc ab optimo viro patre tuo nuncium esse missum. Decebat autem te tum exercendi styli, tum etiam humanitatis causa, libenter ad amicos scribere. Quare te adhortor, ut ad me & ceteros amicos tuos aliquando aliquid literarum mittas. Deinde ualde te oro, ut cum Deus dederit tibi ualde præclaram indolem, et ingenium aptum honestis rebus: cures, ut bonam naturam doctrina expolias, nec studia literarum abijcienda esse putes. Ad laudem et decus uiam tibi doctrina factura est. Bene uale.

Venerabili uiro, eximia eruditione & pietate prædito, domino Georgio Buchholtzer, præposito Ecclesiæ Berlingensis, amico suo,

S. D. Fui his diebus Torgæ in aula, ubi diligenter inquisiui de negotio ad finis tui. Narrarunt igitur mihi, scriptum esse ad præfectum, & exemplum epistolæ Principis protulerunt, quod iussi tibi describi, sed nõ sciebant, an literæ Principis peruenissent ad præfectum. Quare me iusserunt exemplum ad præfectum mittere: qui si non accepit literas Principis, ut est nunciorum magna negligetia, polliciti sunt se rursus perituros à Principe obligationem. Cras igitur mittam nuncium ad præfectum Slichssem. Res mihi curæ erit, ut perficiatur,

Deo iuuante. Nam mihi probabilis causa uidetur,
leniendæ seueritatis in hac re. Consulendum est ani-
marum saluti, quod scio etiam Principem libenter
facere. Reuerendus D. Doctor Martinus iussit amā-
ter tibi salutem optare suo nomine. Bene uale. Die
22 Maij. Anno 45.

Clarissimo uiro D.N.N. ami-
co suo,

S. D. Aliquanto minus deformis est Ecclesia,
cum multi nostri ordinis pium consensum tuentur,
& coniunctionē amant. Quare cum uideo aut au-
dio bonos & doctos uiros, & iudicijs & uoluntati
his nobiscum cōgruere, & Ecclesie & nostra cau-
sa gaudeo. Sum igitur et honestissimi uiri patris tui
congressu, & tuis literis ualde delectatus: et utrius-
que gratiam habeo, quod beneuolentiam mihi uestram
ostendistis. Fratris studia inspiciā, & cum N. de eo
colloquar, ac meum iudicium tibi significabo. Pro-
fecto enim maximè opto, ut iuuentus rectè & or-
dine discat: quod te quoque iam sepe cogitare non
dubito, considerantem quantum onus sustineat is,
qui format tenerum ingenium Principis: quo in labo-
re Deus et tua cōsilia, et mentē discipuli regat oro.
Quantum bonum sit bonus & salutaris princeps,
non obscurum est. Nec dubium est, singulare Dei
donum & opus esse talem principem: sed tamē do-

Arima